AUTHOR:

SCHMIDT, JOHANN

TITLE:

ZU ISIDORUS

PLACE:

WIEN

DATE:

1884

Master Negative #

93-81342-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Schmidt, Johann,
...Zu Isidorus; von Johann Schmidt... Wien, verlag des K.K. Staatsgymnasiums, 1884.
16 p. 23 cm.


At head of title: Fünfzehnter jahresbericht des K.K. Staatsgymnasiums im III. bezirke in Wien...
Vol. of pamphlets.

374097

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-28-93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Fünfzehnter Jahresbericht

des

K. K. STAATSGYMNASIUMS

im

III. Bezirke in Wien

für das Schuljahr 1883/84.

Inhalt:

1. Zu Isidorus. Von Johann Schmidt.
2. Schulnachrichten, mitgetheilt von Director Anton Schlenkrich.

WIEN.
Verlag des k. k. Staatsgymnasiums im III. Bezirke.
1884.

Zu Isidorus.

Die Pergamenthandschrift Nr. 121 der hiesigen Hofbibliothek scheint für die Kritik der Origines des Isidorus nicht ohne Bedeutung zu sein. Der Codex besteht aus 157 zweispaltigen Folioblättern (die Beschreibung bei Endlicher S. 288) und führt den Außentitel: Isidorus. Liber de narratione terre. aque orbis et regionum et de omnibus in eis contentis. Die subscriptio lautet: Anno incarnationis domini DCCCLII ego berahtram indignus sacerdos hunc librum uitio scriptorum mendosum recitaui uuormaciae. eodem anno basilica sancti petri ibidem restaurata est. Auf der ersten Seite findet sich die Notiz: Codex sancte uirginis lympurgensis cenobii spirensis dyocesis. Der Text beginnt mit den (roth geschriebenen) Worten: *INCIPIT LIBER XII DE TERRA.* Dies ist aber nach den Ausgaben das 14. Buch. Ich theile nun das erste Capitel nach der Ausgabe von Otto mit, indem ich die Lesarten der Handschrift in Klammern beifüge, die Interpunction des Druckes beibehaltend.

1. (Diese und die ff. Ziffern fehlen in der Hs.) Terra est in media mundi regione posita, omnibus partibus coeli (caeli) in modum centri (nach centri Punkt) aequali interuallo (der Gleichmäßigkeit halber wird mit der Hs. u geschrieben) consistens, quae singulari numero totum orbem significat, plurali uero singulas partes, cui (cuius) diuersa nomina (nomina diuersa) dat ratio. (Nach ratio neuer Absatz mit rothem N. Sonst beginnen neue Sätze entgegen dem Drucke mit kleinen Buchstaben, was nicht besonders verzeichnet wird). *N*am terra dicta a superiori (superiore) parte, qua teritur, humus ab inferiori (inferiore), uel ab (ab fehlt) humida terra, ut sub mari (mare): tellus (*T*ellus neuer Absatz) autem, quia fructus eius tollimus: haec et Ops (ops) dicta, eo quod opem fert frugibus. Eadem et arua, ab arando et colendo uocata. (Kein neuer Absatz.)

2. Proprie autem terra ad distinctionem aquae arida nuncupatur, sicut Scriptura (scriptura) ait: Quod (quod) uocaverit Deus (deus) aridam terram (terram aridam). Naturalis enim proprietas siccitas est terris. Nam ut humida sit, hoc aquarum affinitate sortitur. Cuius motum alii dicunt uentum esse in concauis eius, qui motus

eam mouet. Salustius (Sallustius): Uentis (uenti) per concaua (caua) terrae praecipitatis (citati) rupti aliquot montes tumulique sedere.

3. Alii aquam dicunt genitalem (generalem) in terris moueri, et eas simul concutere, sicut uas, ut dicit Lucretius. Alii σπογγοειδῆ (fungo) terram (eandem terram) uocant, cuius plerumque (plerique) latentes ruinae superposita cuncta concutiunt. Terrae quoque hiatus (iactus) aut motu aquae inferioris fit, aut crebris tonitruis, aut de concauis terrae erumpentibus uentis.

Sodann folgt ein in den Ausgaben fehlender Zusatz, den ich genau nach der Handschrift nur mit Auflösung der Abkürzungen zum Abdruck bringe.

Terra enim mistice plures significationes habet. aliquando significat patriam caelestem ut est illud credo uidere (1[b]) bona domini in terra uiuentium.

et illud euangelii. beati inquit mites quoniam ipsi possidebunt terram. Aliquando carnem domini saluatoris significat ut est illud benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob.

De iacob enim patriarcha significat populum fidelem qui liberatus est a captiuitate diaboli per incarnationem saluatoris.

Item terra significat sanctam mariam uirginem. de qua dominus nasci dignatus est. unde est illud ueritas de terra orta est. et iustitia de caelo prospexit. Potest et aliter hic sensus intellegi. ueritas de terra oritur quando confessio peccatoris offertur. iustitia de caelo prospexit quando fit remissio peccatorum. quod in publicani illius oratione prouenit. Veritas enim de terra orta est quando ima respiciens confitendo peccata sua deum rogabat. iustitia uero de caelo prospexit. cum descendit iustificatus publicanus magis quam ille phariseus. Item terra aecclesiam significat ut est illud. domini est terra quamuis terram et in bono et in malo poni saepe nouerimus. hic tamen aecclesiam debemus aduertere. quae domino specialiter pura mente famulatur. nam licet omnia ab ipso sint condita. tamen illud ipsius esse proprie dicimus quod eum ueneratur auctorem. et ideo aecclesia (1[c]) non inmerito fructifera bonorum terra suscipitur quia nutrit et continet populum. sequitur et plenitudo eius. id est multitudo sancta qua repletur ecclesia. sed ne terram qua superius dixit angustam putares aliquam fortasse regionem. Nunc dicit orbis terrarum hoc est uniuersalem aecclesiam. quae totius mundi ambitu continetur. Intende uero quod dicit qui habitant in ea. id est non qui ueniunt et recedunt. sed qui fixa mentis stabilitate perdurant.

Habitare enim manere dicimus quod errantium non est quod mutabilitatę non conuenit. sed ille solus aecclesiam habitat qui usque ad obitum suum in fide rectissima perseuerat. sicut et alius psalmus dicit. ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitae meae. Terra homo ipse ut in euangelio. aliut cecidit in terram bonam. Item in genesi arida terra nominatur ut est illud et uocauit aridam terram. populum scilicet fontem fidei sitientem et bonorum operum germen proferentem.

Terra uero in malum posita est ubi corruptionem humane naturae uel peccatores et perditos homines significat. Corruptionem

autem nature illa domini sententia demonstrat qua ad hominem peccantem ait. terra es et in terram ibis. Peccatores quoque terrae nomine ibi notantur ubi dominus ad serpentem ait. terram comedes cunctis diebus hoc est pecca(1[d])tores. in sortem tuam et perditionem trabes (l. trahes) et eorum iniquitatibus pasceris. Similiter et illud quod alibi legitur. Recedentes a te in terra scribentur id est qui per apostasiam a te auertentur inter peccatores connumerabuntur.

Terra carnalis potentia ut in aecclesiastico quid superbit terra et cinis. Terra deserta populus iudeorum siue omnes (oben eingefügt) peccatores ut in hieremia terra deserta et inhabitabilis in qua nullus habitet nec pertranseat per eam filius hominis id est dominus Jesus Christus.

Puluis peccatores sunt sicut in esaia dicitur pro diabolo et serpenti puluis panis eius. Et alibi non sic impii non sic sed tam quam puluis. Lutum medicinae caelestis glutinum ut in euangelio lutum fecit et liniuit oculos meos. Aliter lutum peccatorum glutinum ut in psalterio eripe me de luto ut non inhaerear. Lutum adolatio deceptoris siue hereticorum falsa delinitio. ut in ezechiel ipsi aedificabant parietem. illi autem liniebant cum luto. absque temperamento

Hierauf folgt Cap. II, auch in der Handschrift durch II bezeichnet: *DE ORBE*. Die ersten drei Sätze stimmen mit dem Druck überein.

1. Orbis a rotunditate circuli dictus, quia sicut rota est. Unde brevis etiam rotella orbiculus appellatur. Undique enim Oceanus circumfluens (circumfluens oceanus) eius in circulo (circuitu) ambit fines.

Sodann wieder ein Zusatz.

Significat ergo aut totum mundum iuxta historiam aut iuxta allegoriam uniuersalem aecclesiam aut in contrariam partem impios qui frequenter terrae appellatione declarantur.

De quibus psalmista ait. iudicabit orbem terrae (2[a]) in iustitia et populos in aequitate.

Nam sub iustitia a domino iudicandi sunt qui pertinacia sua nulla remissione liberentur. populus autem significat eos qui ex ebreis fideles probati sunt et qui deuoti ex gentibus aduenerunt. requirendum est sane quod et hic orbem terrarum dicat. et in alio psalmo ponat. inluxerunt fulgora eius orbi terrae et in aliis plurimis locis ipso scemate terram perhibeat esse conclusam. iterumque centesimus sextus psalmus quattuor cardinibus terrae spatia conprehendit dicens. a solis ortu et ocasu (!) ab aquilone et mari. cuius rei euidentissimum quoque euangelii exstat exemplum ubi dicit. emittet angelos suos cum tuba et uoce magna et congregabit a quattuor angulis terrae. unde merito estimo perquirendum quem admodum terra possit et quadratio (!) et circulis conuenire dum scemata ipsa sicut geometrici dicunt uideantur esse diuersa.

Formam terrae ideo scriptura orbem uocat. eo quod respicientibus extremitatem eius circulus semper appareat. quem circulum greci orizonta uocant. quattuor autem cardinibus eam formari dicit.

quia quattuor cardines quattuor angulos quadrati significant. qui intra predictum terrae circulum continentur. *N*am si ab orientis cardine in austrum et in aquilonem singulas rectas lineas ducas. similiter quoque et si ab oc(2[b])cidentis cardine ad predictos cardines id est austrum et aquilonem singulas rectas lineas tendas. facis quadratum terrae intra orbem predictum. sed quomodo quadratus iste demonstratiuus intra circulum scribi debeat (aus debeant corr.) eoclides in IIII. libro elementorum euidenter insinuat. quapropter recte scriptura sancta faciem terrae et orbem uocat. et quattuor eam dicit cardinibus contineri.

Hieran schließt sich, was im Druck Cap. II, 1 auf ambit fines folgt.

*D*iuisus est autem trifarie. E quibus una pars Asia (asia, und so die Eigennamen in der Regel klein geschrieben), altera Europa, tertia Africa (affrica), quae et Libya nuncupatur (quae et Libya fehlt).

2. Quas tres partes orbis ueteres non aequaliter diuiserunt. *N*am Asia a meridie per orientem usque ad (ad fehlt) septentrionem (septemtrionem) peruenit. *E*uropa uero a septentrione (a septentrionem) usque ad occidentem, atque (*A*tque) inde (fehlt) Africa (*A*ffrica) ab occidente usque ad meridiem.

3. *U*nde euidenter orbem dimidium duae tenent Europa et Africa (affrica), alium (*A*lium) uero dimidium sola Asia, sed ideo istae (iste ideo) duae partes factae (facte) sunt, quia inter utramque (utrasque) ab Oceano mare (mari) magnum ingreditur, quod eas intersecat. Quapropter si in duas partes orientis et occidentis orbem diuidas, Asia erit in una, in altera uero Europa et Africa.

Sodann ein Zusatz.

*I*ste tres partes totum humanum genus cum insulis quae his adiacent continent. *E*t bene tribus partibus distinctus est orbis. qui sancte trinitatis fide imbuendus erat et euangelico documento instruendus. unde legitur in parabola (2[c]) saluatoris quod mulier acceptum fermentum abscondit in farina satis tribus donec fermentaretur totum. id est sancta ecclesia humano generi quod ex tribus filiis noe seminatum in mundo fuit. fermentum euangelicae doctrine in cordibus fidelium abscondit donec natiuum saporem totum per rectam fidem et scientiam spiritalem conuerteret in cultum et seruitium dei.

Nun folgt in der Handschrift ein Abschnitt *DE PARADISO*, der bei Otto den zweiten Absatz von Cap. III bildet.

2. Paradisus est locus in orientis partibus constitutus, cuius uocabulum in Latinum ex Graeco (ex greco in latinum) uertitur hortus (ortus). Porro Hebraice (ebraice) Eden dicitur (dt), quod in nostram linguam delicia interpretatur (dilicie interpretantur). Quod utrumque iunctum facit hortum deliciarum (ortum diliciarum). Est enim omni genere ligni et pomiferarum arborum consitus, habens etiam et lignum uitae (uite). Non ibi frigus, non aestus (aestas), sed perpetua aeris temperies.

3. E (kein neuer Absatz) cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat (inrigat), diuiditurque in quatuor (quattuor) nascentia flumina: cuius loci post peccatum hominis aditus interclusus est. Septus est enim undique rhomphea flammea (rumphea flamea), id est muro igneo accinctus, ita ut eius cum coelo (caelo) pene iungatur (iungat) incendium.

4. Cherubin (*C*erubin) quoque, id est angelorum praesidium (nach praesidium Punkt) arcendis (corr. aus arcendi sunt) spiritibus malis super rhompheae flagrantiam (rumphea flagrantia) ordinatum est, ut homines flammae, angelos (*A*ngelos) uero malos angeli boni (boni fehlt) submoueant, ne cui carni, uel spiritui transgressionis (trangressionis) aditus paradisi pateat (2[d]).

Zusatz.

*P*aradisus id est hortus (!) diliciarum mistice aut ecclesiam presentem significat aut terram uiuentium. ubi illi qui merentur per fidem rectam et bona opera uicturi sunt in perpetuum. *D*e quo dominus ad latronem in cruce confitentem ait. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso; (!) Aliter autem paradisus ut diximus significat sanctam ecclesiam de qua in genesi scriptum est plantauerat dominus deus paradisum uoluptatis a principio. *P*aradisus ecclesia est sic enim de illa legitur In canticis canticorum. ortus conclusus soror mea sponsa. *A* principio autem plantatur paradisus quia ecclesia catholica a Christo qui est principium omnium condita esse cognoscitur *F*luuius de paradiso exiens inmaginem (!) portat Christi de paterno fonte fluentis qui inrigat ecclesiam suam uerbo predicationis et dono baptismi; *D*e quo bene per prophetam dicitur, dominus deus noster fluuius gloriosus. exiliens In terram sicientem quod quatuor (!) fluminibus de paradiso egredientibus terra rigatur. solidum mentis nostre aedificium prudentia. temperantia fortitudo iustitia continet. quia in his quatuor uirtutibus tota bona operis fructura (in structura corrigiert) consurgit. *Q*uattuor ergo paradisi flumina terram inrigant. quia dum in his quattuor uirtutibus cor infunditur ab omni desideriorum carnalium aestu temperatur. *I*tem allegorice quattuor paradisi flumina quattuor sunt euangelia (3[a]) ad predicationem in cunctis gentibus missa. *L*igna fructifera omnes sancti sunt fructus eorum opera eorum. lignum uitae sanctus sanctorum utique. Christus ad quem quisque si porrexerit manum uiuet in aeternum. *L*ignum autem scientiae boni et mali proprium est uoluntatis arbitrium. quod in medio nostri est positum ad dinoscendum bonum uel malum *D*e quo qui relicta gratia dei gustauerit morte morietur.

Neuer Titel: *DE REGIONIBUS* = Otto Cap. III, 5.

5. *I*ndia uocata ab Indo flumine, quo ex parte occidentali clauditur. Haec a meridiano mari porrecta usque ad ortum (hortum) Solis (solis), et a (fehlt) septentrione (septentrionem) usque ad montem Caucasum peruenit, habens gentes multas et oppida: insulam quoque Taprobanam (taprobane) gemmis et elephantis (elefantis) refertam. Chrysen (crisam) et Argyren (argirem) auro et

argento (argentoque) foecundas (fecundas), Tylum (utilem) quoque arborum (arboribus) foliis nunquam carentem.

6. Habet et fluuios Gangen et Indum (nidan) et Hypasin (ipanen) illustrantes (inlustrantes) Indos. Terra Indiae Fauonii (fabonii) spiritu uberrima et (uberrima et fehlen) saluberrima, in anno bis metit fruges: uice hiemis Etesias patitur. Gignit autem tincti coloris homines, elephantes (elefantos) ingentes, monoceron bestiam, psittacum (psitacum) auem, ebenum (*E*banum) quoque lignum, et cinnamomum (cinnamum), et piper, et (fehlt) calamum aromaticum (calamum aromaticum mittit et ebur).

7. Et ebur, lapidesque (*L*apides quoque — neue Zeile) pretiosos, berillos, chrysoprassos (crisoprassos) et adamantem, carbunculum (carbunculos), lychnites (lignites), margaritas (margaretas), et uniones, quibus nobilium feminarum ambitio ardet (ardet ambitio). Ibi sunt et montes aurei, quos adire propter dracones, et gryphas (grifas), et immensorum (inmensorum) hominum (nach hominum 3[b]) monstra impossibile (inpossibile) est.

8. *P*arthia ab Indiae finibus usque ad Mesopotamiam generaliter nominatur. Propter inuictam enim uirtutem Parthorum (pathorum) et Assyria (asiria) et reliquae proximae (relique proxime) regiones eius nomen traxerunt (aus tranxerunt corr.). *S*unt enim in ea Aracusia, Parthia, Media, Assyria (asiria media) et Persida, quae regiones inuicem sibi coniunctae (coniuncte) initium ab Indo flumine sumunt, Tigri clauduntur, locis montuosis et asperioribus sitae, habentes fluuios Hydaspen (idaspem) et Arbem. Sunt (*S*unt enim) inter se finibus suis discretae (discrete), nomina a propriis auctoribus ita (fehlt) trahentes.

Zusatz.

*I*ndia enim quae in orientali parte mundi consistit. et solis ortum prima suscipit. primitiuam potest designare aecclesiam in gente iudea constitutam. quae aduentum solis iustitiae prima aspexit. et lumen uerum huic orbi exortum per doctores suos in toto orbe praedicauit. ipsa etiam aurum sapientiae et argentum eloquentiae gemmasque omnium uirtutum sufficientem (l. sufficienter) habuit. arboresque semperuirentes hoc est homines recte fidei uiriditate pollentes non paucos habuit. *S*ed tamen bestiarum multitudine omnino non caruit. quia persecutores christianitatis nominisp lures inuenit. et hereticorum uenenosa documenta exoriri presensit. sed omnia figmenta diaboli Christi uirtute superauit. *A*sur interpretatur deprimens. id est diabolus humanum genus deprimens ut in psalmo etenim inquit asur simul uenit cum illis. *I*tem assur diabolum (3[c]) uel potestates huius supradicti (fdī) significat. ut est illud esaie uae assur uirga furoris mei. item ibi noli timere popule meus habitator sion ab assur. in uirga enim percutiet te et baculum suum leuabit super te in uia aegypti. *R*ursum assur antichristum significat ut est illud micheae prophetae. tunc erit pax terrae nostrae cum surrexerint in ea pastores septem et octo primates hominum id est predicatores legis et euangelii et indagabunt assur hoc est antichristum in fossa nembrot hoc est in damnatione diaboli.

Otto III, 10. Assyria (*A*ssiria) uocata ab Assur filio Sem, qui eam regionem post diluuium primus (primum) incoluit. Haec ab ortu solis (fehlt) Indiam (india), a meridie Mediam tangit, ab occiduo Tigrim, a septentrione montem Caucasum, ubi portae (porte) Caspiae sunt. In hac regione primus usus inuentus est purpurae, inde (unde) primo (primum) crinium et corporum unguenta uenerunt et odores, quibus Romanorum atque Graecorum (grecorum) effluxit luxuria (luxoria).

Zusatz.

*A*ssiria quaeque (?) ab assur qui interpretatur ut quidam uolunt dirigens uel gradiens denominata est. quae etiam primum principatum per insolentiam in mundo arripuit significat fastum imperii mundani.

*D*e quo etiam in genesi scriptum est de terra illa exiuit assur et aedificauit nineuen et roboth ciuitatem. de hac terra assiriorum pululauit imperium. qui ex nomine nini beli filii ninum condiderunt urbem magnam quam ebrei appellant nineuen ad cuius uel ruinam uel penitentiam (3[d]) tota ionae pertinet prophetia. *A*ssirii interpraetantur (!) deprimentes id est impii uel demones. ut est illud hieremie. quid tibi cum uia assiriorum ut bibas aquam fluminis. et in bonam partem intelleguntur assirii ut dicit esaias erit israel tertius aegyptio et assirio benedictio in medio terrae. *C*edar ebreum nomen est. quod nostra lingua interpretatur tenebrae hoc ad saeculi huius pertinet amatores qui tenebrosis actibus inuoluti illa magis diligunt unde perire noscuntur. *S*ed ut uerbi huius breuiter noscamus originem cedar ismahel filius fuit qui gentis (!) suae nomen dedit cuius fines usque ad medos persasque prolati sunt. hi nunc saraceni appellantur quo uocabulo competenter significantur peccatores inter quos se adhuc habitare suspirat.

Otto III, 11. *M*edia et Persida a regibus Medo et Perseo (medio et perso) cognominatae (cognominate), qui eas prouincias bellando aggressi (adgressi) sunt. Ex quibus Media ab occasu (occasus) transuersa Parthica (parthia) regna amplectitur, a (*A*) septentrione Armenia circumdatur, ab ortu Caspios uidet, a meridie Persidam. Huius terra Medicam arborem gignit, quam alia regio minime parturit. *S*unt autem Mediae (medie) duae, maior et minor.

12. *P*ersida tendens ab ortu usque ad Indos, ab occasu rubrum mare habet, ab aquilone uero Mediam (meridiem) tangit, ab austro Carmaniam, quae Persidae (perside) annectitur, quibus est Susa oppidum nobilissimum. In Persia (perside) primum orta est ars magica, ad quam (4[a]) Nemroth gigas (nebrot gigans) post confusionem linguarum abiit, ibique Persas ignem colere docuit. *N*am omnes in illis partibus solem colunt, qui ipsorum lingua El dicitur (el dt).

Zusatz.

*P*ersi et medi qui regnum post assirios tenuerunt significant gentium principatum qui aliquando solaciis fouent populum dei. unde legitur in historiis veterum quod cyrus rex persarum atque

medorum qui in aesaie. uaticinio predictus fuerat. soluerit captiuitatem iudaicam et templum dei construi iuberet. ob hoc etiam seruus dei nuncupatus est ob quod etiam auxilium domini illi permissum est. ut subiciat coram eo gentes et dorsa regum uertat. et merito nam medi et persi mensurantes siue mensurati interpretantur. *M*ensura ergo qua mensi sunt remetiebatur eis.

Otto III, 13. *M*esopotamia Graecam etymologiam (grecam acthimologiam) possidet, quod duobus fluuiis ambiatur. *N*am ab oriente Tigrim (tigrin) habet, ab occiduo Euphratem (eufraten): incipit (*I*ncipit) autem a septentrione inter montem Taurum et Caucasum: cuius a meridie (cui a medie) sequitur Babylonia (babilonia), deinde Chaldaea (chaldea), nouissime Arabia εὐδαίμων (eodemon).

Zusatz.

*M*esopotamia quae interpractatur (!) eleuata. unde iacob duxit uxorem significat gentilitatem. unde Christus exquisiuit sibi accclesiam sponsam non habentem maculam aut rugam. nam sicut iacob relicta domo patria uel parentibus perrexit in regionem longinquam ut acciperet sibi uxorem. non aliter Christus reliquit parentes secundum carnem. id est populum israel et patriam. id est herosolimam (!) (4[b]) et omnes regiones iudeae et abiit in gentes accepitque sibi inde aecclesiam ut impleretur quod dictum est. uocabo plebem meam plebem meam et non dilectam dilectam.

Otto III, 14. Babyloniae (*B*abiloniae) regionis caput Babylon (babilon) urbs est, a qua (quo, corrigiert) et (fehlt) nuncupata, tam nobilis, ut Chaldaea (chaldea) et Assyria (assiria) et Mesopotamia in eius nomen aliquando transierint.

Zusatz.

hanc urbem primum nebroth gigans fundauit. hanc semiramis regina assiriorum ampliauit. murumque urbis bitumine et cocto latere fecit. uocabulum autem sumpsit a confusione eo quod ibi confusione (l. confusae) atque permixtae lingue aedificantium turrem. *B*abilonia quae interpretatur confusio et in qua principatus chaldeorum qui interpretantur quasi demonia uel quasi feroces significat ciuitatem diaboli in qua sempiterna confusio. et ubi demoniorum ferocitas in subersione hominum apparet. in quo regnauit nabuchodonosor qui interpretatur prophetia laguncule anguste et significat diabolum. ipse enim uastauit ciuitatem dei et templum incendit. quia sanctam aecclesiam insectatur odiis et homines qui templum dei. fuerunt incendio mundanae concupiscentiae subuertere cupit. nam ita de eo legitur. uenit nabuzardan princeps exercitus seruus regis babilonis hierusalem et succendit domum domini et domum regis et domos hierusalem. omnemque domum conbusit (!) igni et muros hierusalem in circuitu destruxit. omnis (4[c]) exercitus chaldeorum qui erat cum principe militum reliquam autem populi partem quae remanserat in ciuitate et perfugas qui transfugerant ad regem babilonis et reliquum uulgus. transtulit nabuzardan princeps militiae et reliqua. uenit nabuzardan qui interpraetatur uenti labrum siue prophetia alieni iudicii et significat antichristum iusto dei iudicio super peccatores.

*P*rinceps utique exercitus regis babilonis hierusalem intellegi bibem et succendit domum domini cum antiquus hostis qui et rex confusionis et princeps omnium iniquorum est. tam malignorum spirituum quam etiam impiorum hominum plebem inuadit fidelium. et domum regis et domos hierusalem id est rectores et eos qui uidebantur in uisione pacis manere inflammatos cupiditate subuertit. omnemque domum combusit igni. cum unius cuiusque conscientiam per flammam inliciti amoris perturbauit. et muros hierusalem in circuitu destruxit. cum intentionem orationis et uirtutum studia quae contra se ualere nouit in desperantibus dissoluit. ne per spem ueniae ad diuina succurrant auxilia et correctioris uitae adprehendant munimina. populumque in captiuitatem ducens. de pauperibus terrae reliquid (!) uinitores et agricolas. quia eos qui utiles uerbo et exemplo esse poterant (4[d]) per uicia captiuans. stultis et ebetibus commendat agriculturam. quatinus non uinum gratiae spiritalis et frumentum sanae doctrinae in uineis et agris populorum fructificet. sed spine magis et tribuli uitiorum excrescant. *B*abilon quoque mundus aut roma est ut in apocalipsi legitur. et babilon magna uenit in memoriam ante dominum dare calicem uini indignationis irae eius. et in esaia. et erit babilon illa gloriosa in regnis inclita in superbia chaldeorum sicut subuertit deus sodomam et gomorram non habitabitur usque in finem. et in hieremia. calix aureus babilon in manu domini inebrians omnem terram subito cecidit babilon et contrita est.

Ich verzeichne noch einige Zusätze.

15. Nach sinus arabicus folgt: *A*rabia quae interpretatur humilis siue campestris terrenam significat delectationem unde scriptum est (5[a]) in psalmo. reges arabum et saba dona adducent. *A*rabia ponitur pro hominibus suaui et terrena se (sē) delectione (!) tractantibus. *N*am sicut illa patria diuersis aromatibus sensum narium mulcet. ita isti ad dilectationes mollissimas inlecebris saecularibus inuitantur. *R*eges ergo arabiae sunt qui blandimenta corporum rigidae subiciunt discipline. *S*imiliter saba unde sabei dicti sunt quamuis corporali delectatione preualeat. et iucundis odoribus sit referta. suauiora tamen conuersi eius populi offerunt dona uirtutum.

16. Nach angustior folgt: *S*iria enim significat superbiam gentium quae sepius affligebat populum dei unde scriptum est quod benadab rex siriae congregauerit omnem exercitum suum. et XX et duo reges secum et equos et currus et ascendens pugnabat contra samariam et obsidebat eam et reliqua. *M*istice benadab hostis israel significat diabolum omnium bonorum inimicum qui diuersos exercitus malignorum spirituum ad subuertendum populum dei contrahit. sed per pueros principum israel uincitur. cum (5[b]) per bonos auditores sanctorum doctorum qui id quod aure audiunt (audiuit) factis implere nituntur. antiquus hostis in fugam uertitur. omnisque suus exercitus a militibus Christi turbatur. fugit quoque benadab rex siriae in aequo (!) cum aequitibus nec non egressus rex israel percussit equos et currus et percussit siriam plaga magna. quid est quod benedab (!) rex siriae in aequo cum aequitibus fugere descri-

bitur. nisi quod princeps omnium iniquorum diabolus quorum oculi sublimes sunt. *S*iria enim interpretatur sublimis in equo sue superbiae confidens. cum aequitibus suis scilicet omnibus superbis. quia ipse est caput super omnes filios superbie ab exercitu Christi hoc est humilibus et deum timentibus superatus. in fugam uertitur.

17 beginnt: *H*abet autem siria .... Es folgen ohne Unterbrechung 18. 19. 20. 21.

Nach polliceretur (21) folgt: *J*udaei confessores interpretantur. et iudea interpretatur confessio. mystice sanctam aeclesiam significat in qua dominus recta fide pia confessione et bonis operibus semper laudatur. cuius etiam tipum hierusalem (hierł) quae interpretatur uisio pacis tenet. quia ille inde conspicitur. qui est pax nostra et fecit utraque unum. sed et hoc notandum quod et hierusalem (hirsł) secundum historiam ipsa est urbs in qua dominus crucifixus est et sepultus et resur (5[d]) rexit a mortuis. ad quam saluator in euangelio ait. hierusalem hierusalem quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. et cetera. ipsam gentem exprimens quae in hierusalem et in (inē) finibus eius habitabat. *A*llegorice autem significat presentem aeclesiam. de qua scriptum est hierusalem quae aedificatur ut ciuitas. *T*ropologice uero fidelem animam quae pura mente dominum comtemplatur (!). *I*uxta anagogen ergo caelestem patriam et sanctorum angelorum atque hominum habitationem in caelis. *D*e qua dicit apostolus. hierusalem quae sursum est quae est mater nostra. *D*e qua iohannes apostolus in apocalipsi sua sufficienter narrat. et structuram eius de lapidibus pretiosis hoc est hominibus sanctis mystice describit.

22. Nach differens a iudea folgt: *S*amaria enim custodia interpretatur inde nuncupata quod translatis X tribubus a chaldeis. aliae gentes ab eis in ea substitutae sunt. quae terram custodirent. *S*olet autem samaria idolatriae imaginem sustinere. ipsi enim separati a populo iudeorum simulacris multorum animalium id est uaccis aureis animarum suarum decus addixerant. (6[a]) possunt etiam in samaritanis et heretici accipi qui uidentur legis dei habere notitiam. sed errorum suorum simulacra non cessant colere. et ideo separati a populo dei nullam possunt communionem habere. iturea et traconites (!) regio cuius tetrarcha fuit philippus sicut in euangelio legimus. traconitis autem dicitur terra iuxta desertum arabiae quod postrae iungitur. iturea sirum est et interpretatur montana.

23. Nach satis fecunda folgt: *I*nterpretatur autem galilea rota siue transmigratio facta uel reuelatio. quae aliquando significat presentis uite cursum ut est illud in euangelio ubi de saluatore dictum est. reliquit iudeam et iterum uenit in galileam. quid est reliquit iudeam nisi reliquit infidelitatem illorum qui eum recipere noluerunt. et lapidem quaem (!) aedificare debuerunt reprobauerunt. et abiit per apostolos in galileam id est in uolubilitatem huius mundi precipiens apostolis. ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. quid autem galilea in transmigratione significet. ostendit illud quod angelus ad monumentum domini post resurrectionem eius mulieribus ait. precedit uos in gali-

leam ibi eum uidebitis ecce dixi uobis. iam quippe redemptor (6[b]) noster a passione ad resurrectionem. a morte ad uitam. a pena ad gloriam. a corruptione ad incorruptionem transmigrauerat. et prius post resurrectionem in galilea a discipulis uidetur. quia resurrectionis eius gloriam post laeti uidebimus. si modo a uitiis ad uirtutum celsitudinem transmigramus. qui ergo nuntiatur in sepulcho (!) in transmigratione ostenditur. quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur in transmigratione mentis uidetur.

*S*ecundum illud autem quod galilea interpretatur reuelatio. non iam in forma serui intellegendum est. sed in illa in qua aequalis est patri quam promisit apud (*d* aus *t* corr.) iohannem dilectoribus suis cum diceret. et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi. non utique secundum id quod iam uidebant et quod etiam resurgens cum cicatricibus non solum uidendum sed etiam tangendum postmodum ostendit. sed secundum illam ineffabilem lucem qua inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. secundum quam lucet in tenebris. et tenebrae eam non conprehenderunt. illuc nos precessit unde ad nos ueniens non recessit. et quo nos precedens non deseruit. illa erit reuelatio tamquam uera galilea. cum similes ei erimus. ibi eum uidebimus sicuti est. ipsa erit etiam beatior transmigratio ex isto saeculo in illam aeternitatem si eius precepta sic amplectamur. ut ad eius dexteram segregari. mereamur.

24. 25. (Die beiden Abschnitte in der Handschrift ungetrennt.)

Nach ardeant (25): *N*am pentapolis a numero diriuatum nomen habet. quasi quinque ciuitatum regio. *D*enique hae V ciuitates in ea consite sunt hoc est sodoma quae interpretatur pecus silens. *G*omorra quae interpretatur populi timor uel seditio. *A*dama quae interpretatur humus siue terra siue terrena. *S*eboim quae interpretatur caprearum uel dammularum siue statio eius mare uel statio maris. *S*egor quae interpretatur parua. haec autem regio quia diuino iudicio propter scelera sua exusta est significat eos qui quinque sensibus corporis sui abutuntur in luxoria et uoluptatum terrenarum rerum rei sunt aeterni incendii. si non eis poenitentia et correctio peruersorum morum ante subuenerit.

26 fehlt. Es folgen 27, 28 (ungetrennt).

Nach orbem terrarum (28): *I*nterpretatur autem aegyptus tribulatio coangustans et significat uanum laborem quem iniqui exercent in hoc mundo estuantes. per auaritiam lucra saeculi sectando et negotia mundi exercendo. ubi nunquam animabus suis requiem inuenient. sed de tribulatione huius uitae in angustiam perueniant (!) sempiternam. *P*otest autem aegyptus mundum significare ad deum conuersum ut in psalmo uenient legati ex aegypto. et in esaia in die illa erit altare domini in medio terrae aegypti clamabunt enim ad deum a facie tribulantis et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. *I*tem in malam partem intellegitur ut est illud ezechihel cum dedero terram aegypti desolatam. *D*eseretur autem terra a plenitudine sua quando percussero omnes habitatores eius. *I*tem amos dicit aegyptus in desolatione erit et idumea in desertum perditionis.

Es folgen 31, 32. (Absatz vor Scithiae plures terre.)

Nach araxen: Scithia enim quae calore caret et frigore semper durescit. illos significare potest qui a calore spiritus (sp̄m) sancti extranei sunt. et sub illius regno consistunt. qui dixit ponam thronum meum ad aquilonem et ero similis altissimo. de quibus apostolus ait. abundauit iniquitas refrigescit caritas multorum. quorum truculentia carnibus humaniis (!) uescitur (7[b]) et eorum sanguine uiuit dum innocentes ledere non desistunt. et per auaritiam eorum necessarios sumptus in proprium quaestum conuertunt. illi autem qui ex his in locuplete terra et habitabili degent. eos significant qui de errore gentilium et idolatria conuersi ad terram aeclesiae ueniunt. ibique sincera fide lucidi et pretiosarum. uirtutum gemmis semper uirentes caelesti conuersatione future patriae uiuunt. quorum iuxta apostolum conuersatio semper in caelis est. et in carne ambulantes non secundum carnem militant. sed ea quae sursum sunt quaerunt. ubi Christus est in dextera dei sedens et quae sursum sunt sapiunt non quae super terram.

Nun folgt 35. Nach perhibetur: Interpretatur autem ararat armenia siue mons uellicatus. ararath ipsa est armenia siquidem in montibus. ararath arca post diluuium sedisse perhibetur. et dicuntur ibidem usque hodie (7[c]) eius manere uestigia. Meminit horum montium et hieremias in uisione. contra babilonem. Josephus quoque in primo antiquitatum iudaicarum libro secularium litterarum historias proferens. Animaduertens inquit noe terram diluuio liberatam septem alios dies abire permisit. et uniuersa animalia bestiasque patentibus claustris emittens. ipse cum (dieses Wort am Rande nachgetragen, das Zeichen über ipse) sua prole egressus est. immolans deo hostias gaudensque cum liberis. hunc locum armeni exitum uel egressum uocant. siquidem ibi cultores illarum regionum arcam primum sedisse testantur. et lignorum quaedam superesse monimenta. arcae huius et diluuii. omnes qui barbaras scripsere historias recordantur. quorum est uerosus chaldeus qui super diluuio referens haec locutus est. Dicitur huius nauis in armenia propter montem carduenorum pars aliqua permanere. et quosdam bitumen ex ea auellentes circumferre quo utuntur uel maxime hi qui lustrantur et se expiant. Sed et hieronimus aegyptius qui antiquitates poenicum pulchro sermone conscripsit et naseas et multi alii. nicolaus quoque damascenus in XCVII libro refert. est in armenia super miniadem mons nomine beris. ad quem multos in diluuio confugisse autumant. ibique esse saluatos alios uero (7[d]) in arcae alueo supernatantes ad eius uerticem peruenisse et usque ad multas aetates ligna arce monstrari solita.. (! Raum gelassen am Ende der Zeile) quos quidem ego puto non esse alios nisi eos quos moyses legifer iudaeorum in suis uoluminibus edidit*). Mistice autem ararath siue armenia mundi istius principatum uel populum gentium significare potest. qui bene mons uellicatus dicitur quia ab altitudine superbiae et idolatriae. errore auulsus sancte se subdit aeclesiae quae est arca dei uiui et omnium animantium hoc est hominum continet in se genera. et in celsi-

*) Das Citat (1, 5 f.) reicht bis hieher.

tudine uirtutum consistens deuotionem futuram expectat in regno caelesti. Cappadocia urbs proprie nominatur. (37.)

Nach persis: Capodocia autem interpretatur manu redempta. haec quoque tipice significare potest sanctam aeclesiam que Christi domini nostri operatione a potestate diaboli redempta est.

38. ....(8[a]) habet prouincias. bithiniam. frigiam. galaciam. lidiam. cariam. pamphiliam. isauriam liciam. habet autem haec in se septem ciuitates istas hoc est ephesum. smirnam. pergamum. thiatiram sardis. philadelphiam. laodiciam. Interpretatur uero asia eleuata siue gradiens ecclesiam significans ad superna uirtutum gradibus perficientem. unde iohannes in apocalipsi prenominatis VII. scribit ecclesiis quae sunt in asia. Nam ephesus interpretatur uoluntas siue consilium meum quod est ecclesia uoluntate et consilio dei electa. Smirna interpretatur canticum eorum hoc est fidelium confessio. Pergamum interpretatur diuidens cornua eorum id est ecclesia hereticorum tumores uel aeriarum potestatum temptamenta dissicans. Thiatira interpretatur inluminata ecclesia uidelicet sole iustitiae inluminata. Sardis interpretatur principium pulchritudinis hoc est ecclesia domini nostri Jesu Christi qui est principium pulchritudinis. Philadelfia interpretatur saluans id est ecclesia proprios saluans populos. Laodicia quae interpretatur tribus amabilis significat ecclesiam quae est amabilis deo.

40. Nach nuncupatur: Interpretatur autem galatia magnifica siue translata. et merito quia ab errore translata in fidei (!) uirtute facta est magnifica.

41. .... Maior uero frigia smirnam habet. minor autem ilium et licaoniam. Interpretatur autem frigia scissio pectorum. Licaonia uero interpretatur ad suscitandum. Lidia autem a lido regis fratre. (43.)

Nach ditissimi: Lidia autem interpretatur defecata. Isauria ex situ loci perhibetur cognominata. (44.)

45. .... flagrantior et colore plus auro. Interpretatur autem cilicia coetus aut luctus uel assumptio uel uomitus eius. haec typice personam poenitentium gerit qui peccato suo (peccata sua) cotidiae (!) in ieiuno et oratione deplorant et a domino ueniam deprecantur.

46. .... Nach Campania: interpretatur autem licia lacrimans.

Nun folgt:

Albus regio toumeorum quae nunc gebalene dicitur (dt) uicina petre ciuitati. Amalechites regio in deserto ad meridiem iudeae trans urbem petram euntibus ailam cuius et scriptura recordatur dicens. Amalech habitat in terra ad austrum sed et iuxta eum alius chananeus habitabat qui et dimicauit contra filios israel in deserto de quibus ita scribitur. Amalech autem et chananeus habitant in ualle. Argob regio regis basan supra iorda (8[d]) nen in sorte dimidiae tribus manasse. et est usque hodie uicus circa gerasa urbem arabie. XV. ab ea milibus distans contra occidentem qui arga appellatur quod interpretatur simmachus mensuram. Interpretatur autem argob maledicta sublimitas et quae est maledicta sublimitas nisi fastus superbiae quae interpretatur anathema tristitiae. Aermon regio ebreorum est quam obtinuit Jesus. ebreus uero quo prelegente scripturas didici affirmat montem hermon paneade imminere quam quondam tenuerunt euei et amorrei de quo nunc estiuae niues tirum ob dili-

cias deferuntur. *G*ene regio principum idumeorum interpretatur possessio. *E*uila ubi aurum purissimum quod ebraice dicitur (dr̄) Zaab et gemmae pretiosissime carbunculus smaragdusque nascuntur. est autem regio ad orientem uergens quam circuit de paradiso phison egrediens quem nostri mutato nomine gangen uocant u. s. w......

(9[a]) *E*fratha regio bethleem ciuitatis dauid in qua natus Christus. est autem in tribu iuda licet plerique male estiment in tribu beniamin iuxta uiam ubi sepulta est rachel. quinto miliario ab hierusalem in eo loco qui a LXX. uocatur hippodromus sicut legimus in libro paralippemenon .... Hierauf werden noch folgende regiones behandelt:

Elaht (elath) Philistim quae nunc dicitur ascalon Gerara Gesem Idumea Jotheh Messe Theman .. sed et usque hodie est uilla theman nomine. distans ab urbe petra quinque milibus ubi et romanorum militum presidium sedet; ... Cedar Cotha Decapolis Fathore Gella (gela) Gesur Galilea Gamela Macha Masaga Misor Moffat (mofath) Maon Magedan Nebeoth Ofyr Reblatha regio est babiloniorum siue urbs quam nunc antiochiam uocant... Saron Sefela Thalassar Chanaan (canaan).. Significat autem chanaan cupidos et auaros infimarum rerum et sectatores secularium nogotiorum (!) quos amåuendos a suis sedibus constat. qui (l. quia) mundus transit et concupiscentia eius; *P*ontus regio multarum gentium. iuxta mare ponticum. quod assiam europamque disterminat; *P*ontus uero interpretatur. inclinans; *S*aronas quae interpretur. campestris. regio est palestine usque ad opidum. ioppe pertingens; *S*arona quoque interpretatur cantans tristitiam;

Nun folgt (10[a] med.): Post assiam ad europam stilum. uertimus. europa quippe ut gentiles. ferunt. agenoris regis libiae filia fuit. quam iouis ab africa raptam. cretam aduexit. et partem. (aus partæm corr.) tertiam orbis ex eius nomine. appellauit (Otto Cap. IV). Das Capitel schließt sich im ganzen an den gedruckten Text an und enthält keine allegorischen Erläuterungen. Zum Schlusse heißt es (12[a] u.): Haec de europe regionibus dicta sufficiant. nunc de partibus affricae breuiter dicamus; *L*ibia (kein neuer Absatz und keine Überschrift, nur am Rand ein Haken) est dicta (Otto V) ... ohne Erläuterungen. 13[c] oben D e i n s u l i s. (Am Rande roth ·II·) mit Erläuterungen. Insule dictae quod in salo sint id est in mari positae quae in plurimis locis sacre scripturae aut aeclesias Christi significant. aut specialiter quoslibet sanctos uiros qui tunduntur fluctibus persecutionum sed non destruuntur quia a deo proteguntur. ..... sunt quidem plurimae insulae. propriis nominibus notate. sed paucis locis in scripturis sacris eorum nomina posi (13[d]) ta reperiuntur. Ideo non credimus in hoc opere necessarium esse earum nomina recensere. quorum uix significationem mysticam (*y* aus *i* corr.) constat reperiri posse. attamen quarundam earum hic ethimologias secundum maiorum. (*o* aus *a* corr.) traditionem ponere nos non piget quia fortasse lectori gratum est. si quid inde in hoc opusculo nostro reperierit (!) dictatum. cum inde habeat materiam ad spiritalem intellegentiam earum significationem transferendi. si alicubi ei oportunum uisum fuerit;

*C*hio insula. ante bithiniam quam aliqui chiam appellauerunt;
*C*nidus insula contra asiam haec interpretatur mentis excessus;
*M*utilenae insula contra asiam. a VII. miliario. haec interpraetur (!) de infirmitate siue mandatum humilitatis;

*S*amotracia est insula in pafico sinu;

*B*ritania oceani insula = Otto VI, 2 ff. bis Ende des Cap. Dabei erscheint auch wieder (30) Chios als Cion (15[a]). Blatt 14 scheint ein neuer Schreiber einzutreten, nachdem schon 7[a] die Schrift gewechselt hatte. Von Blatt 15—23 wird kein Roth verwendet. Das griechische *Κύρνη* (Otto VI, 42) wird (15[c]) mit cirne wiedergegeben, *βάλλειν* — (VI, 44) bali enim grece emittere dicitur, im nächsten Capitel (15[d]) begegnet ein Versuch griechischer Buchstaben .παυc. (Otto VII, 5 *παχὺς*).

Dieses nächste Capitel führt die Überschrift (15[d]) *DE PROMUNTORIIS* und entspricht im ganzen dem gedruckten Texte, ausgenommen den Schluss. Dieser lautet (nach calpe... VII, 8): Promontoria (!) enim quae in insularum summitatibus consistunt et eis contra fluctus maris munimen (munim̄) prestant. possunt iuxta allegoriam doctores sanctos figulare (in figurare corrigiert?) qui presunt ecclesiis dei et eos (!) contra persecucionum fluctus roborant adque confortant. ne procella tempestatum adque alluuione undarum obruantur. Unten, die Spalte und das Blatt sind eben am Ende: Explicit liber. XII. 16[a]: Incipit liber XIII *DE MONTIBUS*. *M*ontes (Titel und erster Buchstabe von Montes ausnahmsweise roth) sunt tumores = Otto 14, 8. Über die folgenden Bücher, deren Eintheilung mit dem gedruckten Text nicht immer übereinstimmt, findet man einiges bei Endlicher. Das letzte Buch führt die Zahl XXII — nur nebenbei erinnere ich an den der Ausgabe von Otto vorgedruckten Brief VI Isidors — und entspricht im ganzen dem letzten, 20. Buche des Textes. Die Überschrift lautet (143[a]): *DE MENSIS ET ESCIS*. Das 1. Capitel beginnt: I *P*rimus dedalus mensam et sellam fecit, das II. hat die Überschrift De potu, III De uasis escariis, IV De uasis potariis, V (ohne Zahl) De uasis uinariis siue aquariis, VI De uasis oleariis, VII De uasis coquinariis et pistoriis, VIII De uasis repostoriis, VIIII De canistro, X De uasis luminariorum, XI De lectis et sellis, XII (ohne Zahl) De uehiculis, XIII (ebenso) De reliquis que in usu habentur (156[b]). Dieses beginnt: *B*aculus ab eo (!) repertore uitis fertur inuentus quo homines moti uino innīterentur sicut autem a bacho baculus ita a baculo bacillum (bacillū) per diminutionem. Baculus autem sustentationem inbecillitatis humanae significat unde propheta ad dominum ait uirga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt uirga enim pertinet ad iustitiam et fortitudinem domini fortitudinem saluatoris..... Nach ostendat (Otto liber XX, Cap. XIII, 5 neuer Absatz ohne Überschrift, doch Raum freigelassen. Aratrum ab arando (Otto XIV, 2)... Uomer dictus (Otto XIV, 1)... Ligones... der Absatz schließt mit exigitur (Otto XIV, 12). Neuer Absatz, wie oben. Rota (Otto XV, 1). Ebenso Falere (Otto XVI, 1)... Lupati (157[c] fin. Otto XVI, 2) sunt freni asperrimi. dicti autem lupati a lupinis dentibus qui inequales sunt unde etiam (157[d]) eorum morsus uehementer obescamus (ucæm̄t

obēcam'). Abenas ab habendo dictas quod his equos habeamus hoc est teneamus et aequi abiles dicti hec retinacula a retinendo lora In his ergo quatuor speciebus disciplina dei signatur insolentium et brutorum hominum unde psalmista ait. Nolite fieri sicut equus et mulus sunt quibus non est intellectus. In freno et camo maxillas eorum constringe qui non adproximant ad te. hic iam generaliter genus humanum commonet ne uagis subdatur erroribus sed perscrutemur quare iste (ober der Zeile, durch zwei Punkte eingeschlossen) comparationes sint posite equus sine discretione sessoris seruit arbitrio et a quocumque fuerit ascensus excurrit. Mulus autem pacienter accipit sarcinas quibus fuerit oneratus et pro hoc utrique Intellectum non habent quia nec ille elegit cui obediat nec iste quibus oneribus ingrauetur intellegit proibet ergo huiuscemodi homines diabolicis fraudibus insideri et uitiorum oneribus pregrauari. Ne male obediendo superbiae magis partibus addicantur. uerum istis talibus quid dicit esse faciendum. Scilicet quod animalibus prudentibus. his enim comparationibus stultos homines ueritati subiit (subdidit?) inuitos. Nam quod ait in freno ad equum pertinet frenum enim a fero retinendo (retinendō) dictum est. ferum quipe antiqui caballum. dixerunt in camo ad mulum respicit ergo hec duo animalia supra dicta coibent ista retinacula ut ad arbitrium iubentis incedant (incedant) ne suis uoluntatibus efferantur maxilla uero amminicula sunt animalium quibus esca manditur ut corporis uita procuretur. ipsis ergo maxillas per figuram allegoricam dicit inobedientibus (Inobedientib;) debere constringi. id est copias uictuales parcius dari ut ieiuniorum necessitate conclusi (,clusi) creatoris subdantur inperio allegoria est enim sicut sepe iam dictum est quando aliut dicitur et aliud significatur et quoniam diximus in hac parte dominum Christum loqui constringe dicit patri qui ascae (l. quia sanctae) trinitatis unum uelle una potestas una cooperatio est.

Damit schließt die Handschrift. Gegenüber den Fragen, die sich an ihren Inhalt knüpfen, sei noch auf eine Beobachtung hingewiesen. Migne theilt im Anhange seiner Ausgabe, S. 760, ein Fragment aus dem 16. Buche mit, in dem folgende Worte vorkommen: Ephi id mensurae habet in aridis, quod in liquidis batus. Die Stelle findet sich auch in unserer Handschrift in deren 18. Buche. Hier heißt es (91[a]) zuerst in Übereinstimmung mit dem Druck (Otto liber XVI, Capitel XXVI, 12): *B*atus uocatur hebraica lingua ab olearia mola quae apud eos uel bata nominatur. capiens quinquaginta sextarios. quae mensura una mole uice proteritur. Und nun der Zusatz: *E*phi ergo mensura est trium modiorum. ut in libro ruth ostenditur. et gomor (Otto XXVI, 17) mensura est atticorum coenicum trium. *U*nde et in leuitico et in numerorum libro quotienscumque decima pars ephi in sacrificio exhiberi iubetur. *M*ensura gomor expensa intellegitur. *E*phi eandem mensuram habet in aridis quam in liquidis batus. Hierauf folgt Amphora ... = Otto XXVI, 13 ff., darunter 17 *G*omor quindecim modiorum unus (!) appendet. Zum Schluss nach onus cameli efficiunt wieder allegorische Deutungen.
